

fieri posse a Viris Religiosis, & Monialibus ex Urbani VIII. Constitutione; remunerationis etiam, & grati animi vice munerum largitionem modestam, & discretam cum Superiorum licentia probat idem Pontifex. Hæc enim non est donatio simpliciter, sed donatio ob causam, quam Jurisconsulti antidotalam vocant.

13. Religiosis Ordinum militarium Pontificis illis Constitutionibus de largitione manerum non teneri, quia illos excipit Clemens VIII. Nec Episcopos ex Religiosis Ordinibus assumptos, nec Regulares beneficia Ecclesiastica habentes, quia munera non largiuntur ex bonis Monasterii, sed ex redditibus, quorum liberam administrationem habent.

Optandum tandem est, ut quod a sacra Congreg. Regularium decretum est pro Monasteriis Sanctimonialium civitatum Neapolitanæ, & Salernitanæ die 2. Junii 1589, & 12. Julii 1592. in aliis prater Monasteriis stabiliat, & observetur; ut scilicet Confessarius Monialium visitando munera, quantumvis exigua valoris, qua sibi cum Monialibus possit intercedere, omnino interdicitur sit, sub pena perpetuæ suspensionis ab audiendis tam illarum, quam quorumvis aliorum Confessionibus.

Ut nulla Monialis, vel Conversa, dona, munera, vel pecuniam, aut alia quidpiam etiam caritatis, aut pietatis: vel elemosina nomine, sive intuitu, cuiuscunque persona tribuat, donet, aut largiatur; sed si ex aliqua causa, vel rationabili causa aliquid dandum, vel tribuendum visum fuerit, id a Prefecto, seu Superiore Monasterii, & ex re communi fiat.

Præsertim vero caveatur, ne que Monialis, vel Conversa quicquam ex bonis Monasterii donet, nec ex eis quidem, qua in usum suum assignantur, nisi de licentia Abbatis.

Neque ullius generis bellaria, edulia, esculenta, tentacula, offellas, confessiones, & strupata, vel alia similia quæcumque conficiant, aut coquant, ut illa vendant, donent, vel largiantur, nisi de licentia Abbatis, & de rebus modica impensa, & in consanguineos tantum.

Vale, Vir Religiose, nostrique tuis in Sacrificiis memoris, & sacrarum Virginitatis; quarum conscientias moderatis, orationibus nos commenda.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XCIX.

Monialibus, qua Reformationem saluarem suscipere volunt, præsertim quoad votum paupertatis, communemque vitam, & clausuram, Superioribus prohibere possunt, ne recipiant Novitias, donec Monasterium ad Regularem observantiam redactum fuerit.

REVERENDISSIMO VIRO ***

Everendissime Dignitatis tuæ consilium in causa Monialium illi subdinarum, que salutare reformationem in his præsertim, que spectant votum paupertatis, communemque vitam, regularem habitum, & clausuram, suscipere nolunt post adhortationes, adhortationisque tuas, prudens, se pium mihi videtur, ut scilicet prohibeas, ne recipiant Novitias, donec Monasterium ad regularem observantiam omnino reductum fuerit, & hanc ipsi licentiam concesseris. Simile erat Clementis VIII. consilium, qui Decretis ad Regularem reformationem editis prohibuit, ne quis deinceps ad habitum, vel professionem reciperetur, nisi in Conventibus Regularis observantia, designatis, vel designandis, sub pena nullitatis receptionis, & professionis inde secute; voluntque, ut sic recepti in iisdem Conventibus annum probationis agerent, & post professionem per annos aliquot permanerent.

Consilium quoque tuum Cardinalis Cajetani doctrinæ congruit, in 2. 2. S. Thomæ, ad Quæstionis centesimæ octogesima nonæ, Articulum quintum. In illis (inquit) locis expedit pueros in Religione dare, in quibus optandum est, ut similes fiant illis, quorum consortio dantur. Ubi autem persona, quarum consortio dantur, reproba sunt, ad devota a Regularibus Institutis, magna dementia est dare illos pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueros & puella Monasteriis Religiosis, seu Religiosisque appellatur. Quærit, ut reformandi nunquam reformari possint, dum transgressores vite Regularis continue nutriantur, ac aguntur. Unde sancti debent, ut nullus puer, nulla puella possit religioni tradi, nisi ubi vero vivit regulariter. Sic enim aut extinguuntur irregulariter viventes, aut reformantur, & peccata eorum intelliguntur. Ceterum non minori suavitate quam fortitudine agendum probe noli hoc in negotio, prolixus tenerritudine, sacrarumque puellarum infirmitati, quantum salvo officio fieri potest, indulgendum, multa toleranda, modo contra votorum subitantiâ non pugnent, ut frangatur vitæ, & perturbatio conscientiarum, sentimque ad perfectam observantiam perducantur. Vale, meque tui observantissimum Deo ad ejus Altare commenda.

Lutetia Parisiorum.

Alias LXXVII. que autem 59. erat, nunc 81.

EPISTOLA C.

Summa octo millium librarum a Novitio donata Conventui mensæ probationis decimo, restituenda est ejus heredibus, nisi si ante Professionem obierit.

RELIGIOSO VIRO ***

Consilium rogas meum de subiecta Quæstione, quam solvere facillime posses. Guillelmus secundum leges major, bonorumque dominus, quorum nuper ex asse hæret a patre institutus fuerat, Canonico Regulari habitu in Abbatia *** suscepto. Mensis religiosi tyrocinii, seu probationis decimo, octo millium librarum summam Monasterio donavit, eique apud prætorum prius quam habitum regularem susciperet, depositam, religiose Domus Procuratori tradi iussit. Die Professionis designata, summo mane repente morbo correptus obiit, donatione minime revocata. Quærit, teneatur Monasterium summam illam octo millium librarum Fratris Guillelmi heredibus restituere ante sententiam iudicis, an vero tuta conscientia possit illam retinere, cum donata sit ab eo, qui bonorum suorum liberum dominum, ac dispositionem secundum leges habebat, servataque sit forma Tridentini Concilii Decreto præscripta, sess. xxv. De Regularibus Cap. xvii.

Summam octo millium librarum sine cunctatione, & mora restituendam esse censio defuncti F. Guillelmi heredibus; ante sententiam iudicis, ante contestationem litis, ante interpellationem secundum juris formam factam: quia caduca est, & irrita donatio; cum similes donationes, ex Concilio Tridentino non alias effectum suum fortiantur, nisi secuta Professione. Atque ita in similibus causis sententia sacra Congreg. Concilii interpretem refert Fagnanus Cap. Statuimus, Extra. De Regularibus. Sane donatio facta fuisse censetur Monasterio a F. Guillelmo intuitu Professionis: cum igitur professio facta non fuerit, summa data restituenda est Novitio defuncti heredibus, sicut ipsi restituenda esset, si superites non emisset Professionem, sed habitu regulari dimisso redisset ad seculum. Quod enim ob causam donatum est, causâ non secuta, jure a donatore, vel ab ejus heredibus repetitur, ut constat ex L. Non omni D. De rebus creditis, si eorum petatur, & L. Si pecuniam, D. De conditione causa data, causa non secuta. Vale, mei ad Altare Domini memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CI.

Summa pecunia Monasterio a Laurentio donata ante susceptionem habitus Regularis, repeti ab ejus heredibus non potest.

CLARISSIMO VIRO ***

Germanum tuum impetrata missione ab exercitu, in quo decem annos meruerat, sanctioris militie nomen dedisse, plurimum gaudeo, sed lætium minus illi exorta inter Monasterium *** in quo Professionem emisit, & te ipsum, ratione donationis trium millium librarum eidem Monasterio factæ, antequam probationis habitum susciperet. Summam traditam Monasterio contestata lite repeti, causæ (ut ais) æquitate confidens: de qua meam nihilominus rogas sententiam, nam Concilii Tridentini Decreto sess. xxv. De Regularibus, Cap. xvi. similes donationes irritæ non sunt. Vellem consilium meum rogales ante litis contestationem, tibi certe actionem diffusissimam. Concilium namque Tridentinum mox laudatum decretum donationes, seu renuntiationes ante ingressum Monasterii, & habitum religiosi susceptionem factas minime respiciit, sed solum renuntiationes, & donationes factas a Novitiis. Novitii autem non censentur, qui Religionis habitum suscipere decreverunt, sed qui revera induerant. Censet quidem Navarra Consilio lxxxii. & lxxxiii. De Regularibus, Tridentinæ Synodi decretum locum etiam habere in donationibus, & renuntiationibus factis ante Monasterii ingressum, & susceptionem habitus regularis: verum contra Navarra non ferebatur sententia Sacra Congregatio Concilii Interpretes, ut refert Fagnanus in Cap. Statuimus, Extra. De Regularibus. Quomobrem si alias facta sit donatio, servata juris communis forma, lite, mihi credes, renuntias. Vale.

Lutetia Parisiorum.

EPI.

EPISTOLA CII.

Christianis inter Paganos degentibus nullo prætextu licet eorum Sacrificiis, aut aliis Ritibus superstitiosis ministrare, vel interesse, etiam sile, & aversa ab illis intentione.

RELIGIOSO VIRO ***

MISSIONARIO APOSTOLICO ***

Quæstionis a te propositæ plane respondeo. Non licet Christianis inter Paganos degentibus interesse sacrificiis in honorem Idoli, aut etiam Philosophi, quem Gens, ut Magistrum veneratur, vel Progenitorum pariter ethnicorum oblati, quodlibet obtentu; aut genus flectere coram altari in quo offeruntur; aut coram tabellis, que sedere Anima; vel spiritus Philosophi, aut Progenitorum defunctorum inscribuntur: aut superstitiosis quibusvis Ritibus, eorum etiam occasione funerum, ministrare aliquid, vel solam præsentiam exhibere, quamvis sile interfine; animoque sint ab illis superstitionibus profus alieno, aut genustatione, intentionemque dirigant ad crucem, quam occulte gerunt, vel in templo inter flores abscondunt.

Hæc ferunt proflus illa esse respondit sacra Congregatio de Propaganda fide decreto edito anno 1645, die 12. Septembris, approbante Innoc. X. Summo Pontifice; & per aliud Decretum Congregationis Sancti Officii confirmato die 13. Novembris 1669. approbante Clemente Nono Pontifice Maximo. Et certe, qui hæc licere Christianis contenderent, in hæreticis Elcetitarum incurrit convincerentur, quos Elxai pseudopropheta simulatus esse decuit, cum ultimum negaret esse crimen, si quis perfectionis tempore idola veneratur, dummodo minime id ex animo faciat; aut si quid oraturus, non item animo proficatur; ut refert S. Epiph. lib. i. Hæresi xix.

Illis, qui hæc licere contendunt, & perniciosam adeo simulationem ad idololatricam libe vindicare conantur, opponendus est præclarus ille Tertullianus locus, Apologetici Cap. 24. Igitur provocati ad sacrificandum, obstrictis gradibus pro fide conscientia nostra, qua certi sumus, ad quos ista perveniunt officia, sub imagine prostitutione, & humanorum nominum consecratione. Sed quidam demantiam existimant, quod cum possimus, & sacrificare in presentem, & illas adire, manente apud animam proposito, oblationem saluti præferamus, Datis scilicet consilium, quo vobis abutimur: sed agnoscamus, unde talia suggerantur. Ille scilicet spiritus dæmoniacus, & angelica paratura, qui noster ob divortium amittit, & ob Dei gratiam invidus, de mentibus vestris adversus nos prelatitur? Quæ conventio Christiani ad Bellial, qui quæ pars fidelium infidelis? Qui autem consensus templi Dei idolis? Vos enim estis templum Dei vivi: Fugite idololatricam, omnem vitium, & vitam (ait alibi idem Tertullianus) Regis sylvam; & quanta latitant spina. Nihil dandum idolis; sed nec sumendum ab idolo. Si in idolo recumbere alienum est a fide, quid in idolo habitum videtur? Quæ conventio Christo, & Bellial? Et idæ fugite. Longum enim divortium mandat ad idololatricam, in nullo proximo agendum. Draco etiam terrenus de longinquo homines spiritu absorbet. Alius Johannes: Fidei illi (inquit) custodite vos ab idolis. Non jam ad idololatricam quasi ad officio, sed ab idolis, idest, ab ipsa effigie eorum. . . Nusquam Christianus aliud est. Unum Evangelium, & unus Jesus, negaturus omnem negotorem, & confessorum omnem confessorum Dei, & salvum facturum animam pro nomine ejus amittam; perditurus autem de contrario adversus nomen ejus lucrifaciam. . . Non admittitur fidei necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum, & ad idæ negandum necessitas quæ premitur tormentorum, si vero panarum; tamen nec illi necessitas disciplina contineri quia prior est necessitas vitæ, & obedientiæ Martyrii, quam evadenda possunt, & implendi officii. Ceterum subvertit totam substantiam sacramenti causatio ejusmodi, ut etiam voluntarius delicti, sibi licet; nam & voluntas poterit necessitas contineri, habens velicem unde cogatur.

Fructu vero respondentis Noterit, Ritum illos prout ab Ethnicis sunt, superstitiosos, & idololatrios esse: ac ceremonias, sive observantias esse mere civiles, prout a Christianis usurpantur. Eadem enim cavillatione Philosophi Paganus, qui Deos fineres, & illos esse existimabant, & omnes Gentilium ferorum ceremonias quasi civiles cultus non quasi religiose usurpare per se, ac frequentare dicebant, cum procul a plebe philosopharentur, ad idololatricam excusari possent. Sic enim de ceremoniis illis Seneca apud S. Augustinum Libro vi. De Civit. Dei, Cap. x. Quæ omnia sapienter servavit tamquam legibus iusta, non quasi Divinitate. Omnem istam Deorum turbam, quam longo ævo longa superstitio concessit sic adhibemus, ut meminerimus cultum ejus magis ad morem, quam ad rem pertinere. Sane Ritum in honorem Philosophi, & Progenitorum, qui animalium immolatione, oblatione carnum, libatione vini, invocatione Spiritus, fustibus, cereorum accensione, pro-

Alias LIV. que autem 102. erat, nunc 86.

strationibus coram tabella, que inscribitur Sedes anime, honorum a Paganis defunctis expectatione constant; Ritus (inquam) illi ad idololatricam pertinent, cuius asstantium vice possit, etiam longinquo devotari Apostoli, & Apostolici viri voluerunt; non in idolorum tantum cultu, sed & in universa serie humana superstitionis, sive Divinitatis, sive Defunctorum, sive Regibus mancipata, vel ad eorum spiritum immundorum perveniens, modo per sacrificia, & sacerdotia, immo per festos dies, & alia id genus (ut loquitur Tertullianus Lib. de Idololatria, Cap. xlii).

Nec refert, quod Philosophum, & Progenitores suos homines fuisse Paganos illi agnoscat. Nam & Deos suos olim homines fuisse veteres Idololatricæ Græci, & Romani agnoscebant, & ultro stabantur. Recogitamus (inquit Tertullianus ibidem Cap. xv.) omnem Idololatricam in homines vero culturam, cum & ipsos Deos Nationum homines vero fuisse, etiam apud suos constat. Itaque nihil interesse superstitiosum, an hujus sacri viri superstitio ista præstetur. Idololatria non propter personas, qua agitur, sed propter officia ista damnata est, qua ad demones perveniunt.

Cultus, quem Paganus illi Progenitoribus suis exhibent in oblationibus, fustibus, nidioribus, libationibus, genustationibus, prostrationibus, precationibus, consultationibus, seu interrogationibus coram coram imingibus positus, nihil differt a cultu, quo Ethnicis, Græci, & Romani Defunctos olim suos prosequuntur. Sed (inquit Tertullianus Lib. De Spectaculo, Cap. vi.) de Idololatria nihil differit apud nos sub quo nomine, & titulo, dum ad eorum spiritum perveniat, quibus renuntiamus, licet mortuis, Licet, Divi suis faciant, proinde mortuis suis faciant: Una conditio utriusque est, una Idololatria, una renuntiatio nostra adversus Idololatricam.

Et Cap. xli. Et Idololatria parentationis est species. Tam hæc, quam illa mortuis ministrat. In Mortuorum autem Idolis dæmonia consistunt, ut & titulos consideremus.

Et Cap. xlii. Propterea igitur, quoniam vitæque species Idolorum conditionis minus est, dum Mortui, & Divinum sunt, utraque Idololatria abstinemus: nec minus Templi, quam Monumenta deservimus, neutram dram novimus; neutram effigiem adoramus; non sacrificamus, non parentamus, sed neque de sacrificato, & parentati edimus; quia non possumus eorum Dei edere, & carere dæmoniorum. His igitur Ritibus ministrare, aut interesse Christiani non possunt, quin Idololatriæ participes fiant.

Nec illos excusat alienus (ut ajunt) ad Idololatriam animus. Nam cum exterior cultus sit signum interioris cultus: sicut est perniciosam mendacium, si quis verbis asserat contrarium ejus, quod per veram fidem tenet in corde; ita etiam est perniciose falsitas, si quis exteriorum cultum exhibeat alicui contra id, quod sentit in mente. Unde S. Aug. quod dicit contra Senecam, quod Edamabilibus ista, que mendaciter agebat, sic ageret, ut cum populus venerat agere existimaret. Hinc rursus S. Thom. Art. 111. in Responsione ad tertium: Idololatria, inquit, præsupponit interiorum infidelitatem, & ad exteriorum indebitum cultum. Si vero sit exterior tantum Idololatria absque interiori infidelitate, additur culpa falsitatis.

Neophytorum nemo difficultatem obtendat ab his abstinenti propter consanguineorum offensiones, odia acerbitissima, exclusionem a publicis Muneribus, & Gradibus, perfectionibus, multis, reique familiaris detrimenta honoris, fime, vitæ pericula. Undique scopuli, fiteor: sed Inter his scopulis, & sinus, inter hæc vada, & freta Idololatria veletur spiritus Dei fides navigat; ita si cauta, securus si astitit. . . Nihil esse facilius potest, quam causam Idololatriæ, si timor ejus in capite sit. Quæcumque necessitas minor est, periculo tanto comparata. Propria Spiritus Sanctus consanguinitas tunc Apostoli vinculum, & jugum nobis relaxavit, ut Idololatria devicianda vacaremus: Hæc iter lex nostrâ; quo expedit, hæc plenius administranda, propria Christianorum; per quam ab Ethnicis agnoscamur, & examinamur. Hæc accedunt ad fidem proponenda, & ingressionibus in fidem incandenda est, ut accedentes adhibere, observantiam renuntios sibi. Hæc sufficere videtur impresentiarum ad respondendum propositæ Quæstioni. Vale, meque ad Altare Domini in Sacrificio Pretii nostri memineris.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CIII.

Virga divinataria uti, lethale peccatum est, & divinationibus per virgas professoribus Alchimo est deneganda, nisi arti superstitiosa renuntiaverint, & penitentiam egerint.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO ***

De Virgæ divinatarie virtute quæstionem in Urbe moveri scribis, meamque rogas de hoc argumento sententiam. Nihil forte novi meis ex litteris dices: respondeo tamen, ut solito quoties mihi Morales Quæstiones proponuntur, breviter, ac nitide.

Virga,

Alias LVI. que autem 103. erat, nunc 109.

Virga, quam divinam vocant, bicus curvus est ex corylo, falice, aut alia arbore decisa, cui virtutem vulgo tribuunt revelandi, & indicandi abstrusa suo modo, praesertim vero abditos aquarum latices, venasque, defossa in terra metalla, aurum, argentum, &c. transpositos item limites, res furto ablatas, homicidia, illorumque auctores, & confcios: quod postremum hand sine magna ejus qui virgam tenet, in cuius & manibus movetur, commotione fieri possunt. Multa de hujusmodi virgæ mirabilibus effectibus vulgata sunt, & scriptis etiam prodita, quibus hand leviter adhibenda fides. Notum est, Jacobum Aymarum Lugdunensis agri culticum, tractandæ virgæ divinæ arte celebrem, convictum imposturæ fuisse Parisiis a Serenissimo Principe Condæo, & Pretorij Parisiensis Regio Cognitore, praesentibus pluribus nobilitatis primarix, & integritatis spectatæ viris. Defossa erant in orto Principis crumenæ auri, argenti, ærisque plænx, & facus lapidibus repositæ. Aymarus introductus in hortum Celsitudinis, ejus mandato semitas omnes incessit virgam divinariam tenens. Pertransiit, calavitque non femel loca ubi metalla defossa erant; virga in manibus ejus immota stetit, nec aurum, nec argentum, nec æs quidem indicavit; sed motu suo, super locum, in quo facus lapidibus plenus absconditus erat, falso revelavit. Aymarus aurum ibi, vel argentum latere. Cedes patra erat Parisiis via Sandionysiana: post horas aliquot eo perductus est Aymarus intempesta nocte, lucernas extinctis, virgam divinariam cogens, quæ pariter stetit immota, nec ullam pulsus commotionem, aut cordis palpitacionem insolitam ille presensit, qualem ipsi contigisse Lugduni ferunt, in loco ubi vir, & mulier fuerant contradiciti. Ductus est & in viam, qua transierat, & prope domum, in quam fugerat homicida: quem nec ipsi virga revelavit. Illi, aliisque experimentis probavit Serenissimus Princeps Condæus Aymarum fraudulèptum circulatorum, se impostorem esse, idque restatum voluit publicè litteris, quæ in Gallico Eruditorum Diario Parisiis edicæ sunt. Idem Aymarus Vorionis in Sabaudia homicidii publici ignotum auctorem quærens virgæ divinæ triticis opæ, juvenem indicavit, super quem virga illa mota est: quem tamen infonem esse juridicis documentis, & instructa sive Judicis compertum habuerunt, lætaque sententia declaraverunt. Censio igitur virgæ bifurcata, seu recurvæ motum in locis ubi sunt latices aquarum absconditi, vel abditæ teræ thesauri, latices aurum, argentum aliudve metalli genus; ubi confidit sunt, vel esse debent agrorum limites, malis hominum transpositi; ubi res sunt furto raptae, ubi homicidium perpetratum est, qua transierunt, fugerunt, se repperunt, vel in quibus degunt, aut detinentur homicidæ, fures, eorumque confcios: censio, (inquam) hujusmodi motum contingere, vel fraude illorum, quorum manibus virgula tractatur, aut phantasia vi manus in motum concitantis, aut casu; aut denique occulto dæmonis, qui cum pactum saltem implicitum est, impulsu, non virtute naturalis.

Sane si naturales essent hi effectus, virga non minus super aquas erumpentes, & super terram fluentes, quam in terra luente moveretur, siquidem vis sympathetica, in quam nonnulli Phisici id referunt, se se magis exereret. Non minus etiam indicaret motu suo reclusam in crumenam, vel in arca pecuniam, quam terra defossam. Deinde eundem operaretur effectum virga, cuiusvis tractaretur manibus, sicut magnes, & succinum in omnium æque manibus ferum, vel paleam attrahunt. At certum, & exploratum est, virgam divinariam in omnibus manibus non moveri.

Praeterea, tametsi ingentia, & occulta virgæ ex corylo, vel falice, aut arbore quavis alia decerpæ sympathia latices aquarum abditos indicare possent, non tamen quam alto sint demeris, quam uberes, & aliis hujusmodi circumstantiis, quas se virgæ divinæ motu perfectas habere nonnulli jactant. De metallorum venis idem dicendum.

Tertio, ex intentione ejus, qui virgam tenet, motum ejus pendere constat; ex eo, quod versus aurum, vel argentum non moveatur, nec illa indicet, quamvis per loca ubi defossa sunt, transeat, si quærat aliud, verbi gr. latices aquarum. Id porro naturali virtute non operatur, cujus operatio non pendet ex intentione hominis.

Quarto, duorum hominum pacta, quibus conventum est, ut lepis ad terminandos agri fines certo loco ponatur, nec in lapidem, nec in virgam influent: adeoque impossibile est, ut virga conventionem secus sit immobilis, manente inviolato pacto: eodem infracto moveatur locum versus ubi lapistranspositus reponendus est, ibique tandem hæreat immota. Eius quippe morale Phisicam inducere virtutem non potest.

Quinto, ad furem, vel homicidam detegendum virga divinaria naturali virtute nihil potest. Fur enim, & homicida sunt idem phisice commisso furto, vel patra cæde, qui antes erant: furtum, & homicidium morale duntaxat mutationem in illis effecere; unde nulla vis inde in virgam derivari potest.

Sexto, pluribus experimentis compertum est, virgam illam, quæ in aliquorum ipsam ad divinacionem rerum praedictarum, adhibentium, manibus movebatur, immotam deinceps stitisse, omnique vi divinaria destitutam, postquam omni pacto cum Dæmone renuntiavit.

Ex his ergo colligitur, usum virgæ divinariae superstitiosum esse, & qui illam tractant, & adhibent ad usus supra dictos, reos esse peccati lethalis contra primum Doctrinæ præceptum, & superflitionis a Deo damnatae. Osee 4. 12. *Propheta his verbis: Populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei. Quem locum S. Cyillus Alexandr. in Commentariis sic interpretatur: Est hic aliter fallacia modus, divinatio per virgas, inventum, in quo Chaldaica curi strati, sic enim contra Jerusalem divinabat Nabuchodonosor, sicut & dicitur Propheta Ezechiel restatur. Dux enim virgas stantes, & deinde arcibus quibusdam verbis eas intantantes, ut agens diabolo praeciderent, & cadentes rursus observabant utrum profum, an retrosum, in dextram, an in sinistram ferentur. Sic deinceps, quod illis placebat, accedentibus nuntiabant. Et Theodoretus in eandem locum vocat Virgas fraudis adjuvantes.*

Virgæ divinariae usus, motusque ad imaginariam illa signa pertinet, quæ tantum valent, quantum praesumptio, quasi communi quadam lingua cum dæmonibus facta derata sunt. Quæ omnia plena sunt peccata curiositatis, eruciantis sollicitudinis, morifera servitutis, non enim quia valebant, animadvertenda, sunt, sed animadvertenda, atque signando factum est, ut valeret. Ex ideo diversa diversa proveniunt secundum cogitationes, & praesumptiones suos. Illi enim spiritus, qui decipere volunt, talia procurant cuique, qualescumque errorum pro subsidiosis, & consensiones ejus videntur. Atque hæc signa a plebiscito, ut quæsi non superflitione implicata, sed natura prædite videntur. Quibus illusionibus, & deceptionibus evenit, ut ipsi superflitionis divinacionem generis multa præterita, & futura dicantur, nec aliter accidant quam dicuntur, multaque observantibus secundum observationes suas eveniant, quibus implicati curiosiores sunt, & sese magis, magisque inscrant laqueis perniciosissimi erroris. Omnes igitur artes hujusmodi nugatoris, vel mixtae superflitionis, ex quadam peccata societas hominum, & dæmonum, quasi pacta quadam infidelis, & aliis amicitia constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano. Ad Sacramento igitur participationem admitti, & Sacramento iter assolvi non debent quicunque virgam divinariam adhibent ad rerum supra dictarum revelationem, ac detectionem, sive inquisitionem, nisi superflitione ejusmodi arti renuntiaverint: nec illi, qui ipsorum opera uti sunt ad prædicta exploranda, nisi sinceram agant penitentiam. Vale, mei tuis in Sacrificiis memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CIV.

Præcepto de Missa audienda satisfaci, qui Horas canonicas, quarum ad recitationem tenentur, Sacri tempore persolvat, non vero qui peccata sacerdotis confitentur.

RELIGIOSO VIRO ***

Quæstionibus tuis de attentione ad Sacrum audientiam necessaria, paucis respondeo. Ea carere non censio, qui Missam audiendo Dominicis, Festisque diebus divinum Officium recitat, vel injuncta a Confessario in penitentiam preces persolvit: corpore namque, & animo facolando Sacrificio præfens est, mentemque ad Deum devotè precibus erigit. Aliud est iudicium de illo, qui peccata sua confiteatur, quo tempore Missa celebratur, in consensio sit proluxa. Quamvis enim confessio sacramentalis sit actus religiosus, aliam tamen attentionem exigit, quam que in Missa audicione desideratur. Hæc enim per modum orationis esse debet: illa vero in peccatis, eorumque circumstantiis explicandis versatur, & in dialogis inter penitentem, & confessarium hæc in suam interventionem. Quomobrem rullici, qui majoris Missæ tempore die Paschalis, aut Dominica in Albis, aliave Dominica, aut Festo die, in pagis, ubi Missæ plures non celebrantur, ad Confessionem veniunt; interrogandi sunt in primis utrum Missam ea die audierint. Si non audierint, remittendi sunt, ut audiant, & satisfaciunt Ecclesiæ præcepto, eorumque Confessio, & Communio in aliam diem differenda est, si tempus illam excipiendi, & istam administrandi post majus Sacrum non superflis monendique sunt, ut vesperinis horis, vel ante Missam ad Confessionem veniant, ut utrique Ecclesiæ præcepto satisfaciunt possint. Quamquam vero præcepto de Missa audienda satisfaciunt Clerici, qui tempore Sacri Horas canonicas recitant; convenienter tamen est alio tempore Sacrum Breviarium præfere solvere, ut tota animi attentio ad Sacrificium præfati nostris, & ad omnes Missæ partes, se ritus sacros, eorumque Mytheria leratur, & oblationem, actionemque Sacerdotis prolequatur fidelis auditor ejusdem Sacrificii, sui oblatione, piisque fidei, spei, & caritatis actibus. Vale, mei tuis in orationibus memor.

Lutetia Parisiorum.

EPL

EPISTOLA CV.

Virum mulier, qua pro marito, vel alio fideiussit, solvere tenetur, An res suas abscondere, vel solum veteri sua conscientia possit.

CLARISSIMO VIRO *** VIGILANTISSIMO PAROCHO.

Quæstionem per litteras nuper ad me datas proposuisti, quam Patronus Curie facilius forte solveret, quam Vir Theologus: utrum mulier, qua pro marito, vel alio fideiussit, solvere tenetur, an res suas abscondere, vel solum veteri sua conscientia possit. Cum Vellejano Senatusconsulto juri videatur, quod mulieres pro aliis fideiussere, ac intercedere vetat; L. Vellejano. & L. Et primo, D. Ad Senatusconsultum Vellejanum; tunc tamen interroganti respondebo, siquidem & Theologum harum rerum peritum esse decet, quantum ad consilia conscientie danda opus est. Augustus, & Claudius Imperatores Edictis olim statuerunt, Nefemina pro viris suis intercederent. Postea ad Marci Siliani, & Vellej Turoris consultationem Senatus edixit, ne pro ullo feminæ intercederent. Ratio legis est, quia sicut moribus civilis officia adempta sunt feminis, & pleraque ipso jure non valent, nisi multo magis adimendum eis suis id officium, in quo non sola opera, sed etiam ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris: Verum exceptionem multiplicem pati Vellejanum Senatusconsultum, itat eo non obstante mulier, qua pro alio intercessit, rea tenetur, & obligata manet, Jurisconsulti observant.

Primo in favorem dotis, non tantum propriae filiae, pro qua mulier se obligat genero, sed generatim pro quacunque dote, etiam extraneæ. L. Si dicitur Ad Senatusconsultum Vellejanum, & L. Generaliter eodem Titulo.

Secundo, si Vellejani Senatusconsulti privilegio mulier sciens prædatis, & a Magistratu, vel Notario admonita in quo privilegium illud juris positum sit, deliberato consilio renuntiaverit, eo non juretur. Leg. si mulier, §. 2. sub eodem Digestorum Titulo. Juri enim faum in favorem condito remanente quilibet potest, secundum hæc Juri regulam. Idem beneficium non datur.

Tertio, si mulier pretium acceperit pro intercessione, hæc est rea, & ad solvendum obligatur. L. Antiqua, C. sub eodem Titulo.

Quarto, si mulier sponte, ac mentiendo deceperit. L. Si mulier in jure, D. sub eodem Tit. & L. Si decipiendæ, cuius hæc sunt verba: Si decipiendæ animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei Senatusconsulti non datur: actionem enim, que in dolum mulieris competit, amplissimus Ordo non excludit. Id confirmat Lex Et primo, ibid. §. 3. Sed ita demum eis subvenit §. C. si non callide sunt versata; hoc enim Divus Pius, & Severus rescripserunt. Nam acceperit, non decipiendæ opinatur. Infirmis enim feminarum, non calliditas auxilium meruit. Quomobrem si vir, sciente, & connivente uxore, rem uxoris creditor suo quasi propriam obligaverit, rea fiet uxor, & ad solvendum obligata. Si tamen ad initio novetur creditor esse rem uxoris, petitione summoveri poterit a muliere privilegio Vellejani Senatusconsulti fulti. L. si sine, C. Ad Vellejanum Senatusconsultum, cuius hæc sunt verba: Si sine voluntate tua res tua a marito pignori data sunt: non tenentur. Quod si consensisti obligacioni, sciente creditrice, auxilio Senatusconsulti uti potes. Quod si patientiam præstidisti, ut quasi suas res maritus obligaret, decipere noluisse mutuum pecuniam dantem; & ideo tibi non succurreret Senatusconsulto, quo infirmitati, non calliditati mulierum consilium est.

Quinto, si mulier post intercessionem, vel cautionem intra biennium pro eadem causa secundo fideiussit, vel novo pignore, vel novo sponsione, sive obligacionis instrumento tradito, nullam quidem præstidit fideiussionis, secundum leges invalidæ; robur addidit; sed si post biennium id præstidit, rea, & obligata censetur. L. Si mulier post se atavis, C. Ad Senatusconsultum Vellejanum, cuius hæc sunt verba: Si quidem intra biennale iuge tempus post priorem cautionem numerandum, pro eadem causa secundo cautionem, vel pignus, aut intercessorem dederit, nihil sibi præjudicare, quod adhuc ex consequentia sua fragilitatis in secundam justuram incidit. Si autem post biennium hæc fecerit, sibi imputet; & quod sepius cogitare poterat, & evitare, non facit, sed ultra firmavit; videtur enim ex hujusmodi temporis prolixitate, non pro aliena obligatione se obligare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda se obnoxiam facere, in quantum hoc fecit, quam pignus; aut intercessorem utiliter dare.

Sexto, si mulier fideiussio in ipsius utilitatem, compendiamque vertatur, obnoxiam manet solutioni. L. Sed si cum, D. sub eodem Titulo. Unde si mater, cum filiorum suorum parimonium gerit, tutoribus eorum securitatem promissari, & fideiussorem præstidit, vel pignora dederit: quo-

niam quodammodo suum negotium gessisse videtur; Senatusconsulti auxilio neque ipsa, neque fideiussor ab ea praestitus, neque res pignorate adjuvantur, ut habetur L. Si mater, C. sub eodem Titulo. Simili ratione si mulier pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se vel debitorem suum delegari passæ est, Vellejani Senatusconsulti auxilium non habet, L. Frustra, ibidem. Et L. Si pro aliquo, D. sub eodem Tit. Si pro aliquo mulier intercesserit, sed in rem ejus, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habet: quia non fit passior. item, si quid liberaliter fecerit, veluti non erit tunc Senatusconsulti, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habet: quia non fit passior. item, si quid liberaliter fecerit, veluti non erit tunc Senatusconsulti, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habet: quia non fit passior. item, si quid liberaliter fecerit, veluti non erit tunc Senatusconsulti, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habet: quia non fit passior.

Septimo, Gallicano Jure, ac moribus mulier obligatur, si pro liberando ex carcere marito fideiussit. Et nostris quidem mores hæc in specie negotii pietati congruant. Si enim Vellejani Senatusconsulti favor cessabit olim, cum pro munitionem servi mulier sponderat, Leg. Veterum, Cod. Ad Senatusconsultum Vellejanum: sic cessat pariter privilegium istud, cum mulier pro dote non solum proprio filiae, sed extraneæ spondit, ob causam pietatem: multo magis obligata manet, cum pro marito carcere liberando intercessit: siquidem in ea specie major est obligatio pietatis. Certe si minor obligatur propriorum bonorum distracione captivi redemptio, L. Si Captivi, Cod. De Episcopis, & Clericis: æquum est, ut uxor, qua pro viro in carcere detento stitidit, ut eum in libertatem afferat, obligata maneat, Vellejano Senatusconsulto nequaquam juvante.

Octavo, si mulier pro alio, cum obligata non esset, pecuniam exsolverit, nullus est repetitio locus, ut sancitum est L. Mulieribus, C. ad Senatusconsultum Vellejanum.

Ita de quæstione si plura cupis, Jurisperitosadi, meque interim exillime velim ex animo tuum.

Lutetia Parisiorum

EPISTOLA CVI.

An filius familias, vel ejus pater, aut hæredes, aut fideiussor, pecuniam mutuo ab ipso acceptam, dum esset sub paterna potestate, restituere tenentur.

CLARISSIMO VIRO ***

PAROCHO ***

DE filio-familias proposuisti Quæstionem, an ille, vel ejus pater, aut hæredes aut fideiussor pecuniam mutuo acceptam, dum existeret sub paterna potestate, restituere creditor tenentur.

Respondeo, non semper teneri: quia Senatusconsulto Macedonianum sancitum est, ne ullæ ex mutuo filii-familias filii patris potestate, aut cura tutoris existentibus dato obligatio contraheretur. L. 1. D. De Senatusconsulto Macedonianum. Nulla igitur actio creditoris hæc in specie permittitur, nisi filius-familias castrense peculium habeat. Tunc enim utque ad quantitatem castrensis peculii ex mutuo accepto obligatur. Cum filii-familias in castrensi peculio vice patrum familiarum fungantur, ut ait Jurisconsultus:

2. Si patris mandato, aut permisso creditor filio mutuum pecuniam numeravit, Macedonianum Senatusconsulto se uerri non potest, quo minus solvat: ut sancitum est L. Si permittente, C. Ad Senatusconsultum Macedonianum.

3. Nec etiam filium familias ea lex juvabit; si mutuum illi datum fuerit mercaturam exercenti patris nomine, vel suo, si pater illum commercio suo præposuit, ut pecunia commercium exercere passus est: Quoniam patris voluntate contractum videtur. Nam si scit eum negotiari, etiam hoc permisisse videtur, si non nominatim prohibuit merces accipere.

4. Item si acceperit pecuniam, & in rem patri venit, quamvis ab initio non eo consilio acceperit, Macedonianum Senatusconsultum ipsi non suffragatur. Patri enim, non sibi accipit. Quomobrem ad restitutionem, sive solutionem tenetur pater, ipsoque filius cum, si pater bona successerit, aut emancipatus fuerit, si pater non solvat, & hæredes. Id colligitur ex L. Item si filius familias, D. Ad Senatusconsultum Macedonianum.

5. Exceptio Macedoniani Senatusconsulti admitterit in mutuo duntaxat pecuniario, non vero in redditu aliarum mutuo, frumenti, vini, olei, pannorum. Quomobrem pater, vel filius, cum emancipatus fuerit, vel hæredes, illarum pretium solvere tenentur. Nisi fructus Senatusconsulto adhibita sit a creditore, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, ut his distractis fructibus, meretur pecunia. Tunc enim subveniendum esse filio familias Jurisconsultus docet, eodem Legge, paragraph. 3. Mutui dationem.

6. Nec etiam patri, aut filio-familias Senatusconsulti Macedonianum suffragatur, quo minus teneatur solvere, quod ipsi filio, præsertim longe agenti a patre, & in necessitate constituto mutuo datum est, quod ipse pater subministrare solebat, vel teneatur, ut respondet Ulpianus eadem lege, paragraph. 13. Quod dicitur, in eo, qui studiorum causa abesse mu-

Alias LIX. que autem 106. est, nunc 13.

Senatusconsultum Macedonianum dictum est a frenatore quodam Macedone, cuius occasione eisdem facti, qui nimiam filii-familias pecuniam numerabat cum magno fœnore port pecuniam reddenda.

mutuum acciperet, cessare Senatufultum, ita locum habet, si probabilem modum in mutuo non excessit: certe eam quantitatem, quam pater subiecit, subministraret. Et L. Maced. sub eodem Digestorum Tit. Macedoniani Senatufultu auctoritas petitionem eius pecunie non impedit, quia filiofamilias studiorum, vel legationis causa alibi detenti, ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusat, credita est.

7. Non summoeretur ab actione in filium familias, aut in ejus patrem, vel heredes creditor, qui patrem-familias illum esse credidit, qui revera sub patris erat potestate; si id crediderit non vana simplicitate deceptus, nec juris ignorantia, sed quia publice pater familias plerisque videbatur, sic contrabatur, sic muneribusungebatur, ut habetur L. Si quis, 3. ad Senatuf. Macedon. Item L. Si filius, C. sub eod. Tit. Si filius-familias, cum in potestate patris esset, mutuum a te pecuniam accepit, cum se patrem familias diceret, ejusque affirmationi credidisse te iusta ratione edocere potes, exceptio ei denegabitur.

8. Denique si illi, qui juvari poterant Macedoniano Senatuf. sponte solverint, si filius, si pater, si heres, si pater-familias, C. par. 4. Hic demum solum non repetitur, qui de pecunia creditorum actione liberantur, quoniam exonerare eos lex voluit. Quamquam autem solvendo non repetant, quia naturalis obligatio manet, &c. Et L. si non fecerit, D. De conditione indebiti, §. 9. Filius-familias contra Macedonianum mutuum si solverit, & patri suo heredes efficit, vult vindicare numerus, exceptione summoeritur a vindicatione numerorum, Et L. Qui exceptionem, 40. sub eod. Tit. D. Qui exceptionem perpetuam habet, solum per errorem repetere non potest. Sed hoc non tenetur. Nam si quidem ejus causa exceptio datur, cum quo agitur, solum repetere potest; ut accidit in Senatuf. de intercessionibus. Ubi vero in odium ejus, cui debetur, exceptio datur, per errorem solum non repetitur; veluti si filiusfamilias contra Macedonianum mutuum pecuniam accepit, & pater-familias factus solverit, non repetit.

9. Idem est iudicium, si filius-familias post emancipationem fidem suam obligaverit de solvenda pecunia mutuo accepta, cum minor esset, vel alio quovis modo debitum agnovit, ut habetur L. Zenodorus, C. Ad Senatuf. Maced. cujus hac sunt verba: Zenodorus, si cum sui juris esse publice videretur, aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, qua oneribus incumberet, vel sua potestate constitutus novatione facta fidem suam obligavit, vel alias agnovit debitum, non esse locum Decreto amplissimi Ordinis, ratione est. In ea igitur specie ad solvendam tenetur jure naturali, tum civili.

10. Idem censendum, si filiusfamilias miles sit quisvis minor, ut habetur L. Si filius-familias, sub eod. Tit. C. Si autem Miles filius-familias pecuniam creditam accepit, siue sine mandato, siue consensu, vel voluntate, vel rationabiliter patris, stare oportet contrarium: nulla differentia introducenda ob quam causam pecunia credita, vel ubi consumpta sine in pluribus enim juris articulis filiusfamilias miles non admittit videretur hominibus, quid sui juris sunt: & ex presumptione omnis miles non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere, & expendere, nisi in causas castrenses.

11. Ut uno verbo absolvam, si bona fide mutuum dedit creditor filiofamilias filii patris potestate constituto, tenetur pater, vel filius emancipatus, aut heres solvere debitum, cujus obligatio naturali jure contracta est. Si vero bona fides defuerit creditori, ad solvendum, aut restituendum pecuniam minori mutuo datam non tenetur; quia lex in pensam creditorum condita nullam ex hujusmodi mutuo contrahi obligationem voluit, ut parentibus, familiaribus, communique bono consulere. Vale, meique ad sanctum Altare memineris.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CVII.

Explicatur, qua ratione bona, aut mala fidei possessor ad restitutionem fructuum tenetur.

RELIGIOSO VIRO ***

Rogasti nuper, ut breviter explicarem, qua ratione alienae rei possessor malae, aut bonae fidei, ad restitutionem fructuum tenetur. Anno lubenter votis tuis: quamquam id a me postulare opus non fuerit, quod praeter ipse facillime possis.

1. Mala fidei possessor dupliciter dicitur: 1. vere: 2. juris praesumptione. Mala fidei possessor is vere dicitur, qui rem possidet, quam certo scit esse alienam, vel scire debuit. Mala fidei possessor juris praesumptione dicitur, cum quo super re, seu dominio rei lis fuit contestata. Hac distinctione posita.

2. Respondo, mala fidei possessorem, cum rem ipsam, tum fructus omnes etiam indultitiae, siue perceptos, siue

Alias L.X. quae autem 107. erat, nunc est.

superveniens prodest ipsi ad fructuum acquisitionem, nulla habitis ratione personae, a qua causam habuit, quia in illius vitium non succedit, ut colligitur ex L. Si ego, §. Partus, Dig. 6. Tit. De Publiciana in rem actio.

In secunda specie, quomodo scilicet bona fides supervenit sine mutatione personarum: aut supervenit ex iusta, & legitima causa extirpandi: sed iustae retinere potest a tempore, quo bona fide possidere cepit: ut nulla supervenit iusta causa, sed possessor sola cognitione, aut cupiditate rectum iudicium obnubilante, sibi vitus est esse bonae fidei: & tunc possessor non facit fructus suos, nec rem ipsam meliori jure possidet quam antea; quia sine iusta, & legitima causa superveniente nemo potest sibi mutare causam possessionis, ut habetur L. Non solum, D. De usurpat. & usucapionibus.

Aliud impraesentiarum non occurrit, quod ad te de isto argumento scribam. Hoc responso utere, & vale, mei tuis in Sacrificiis memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CVIII.

Alias etiam CVIII.

De Restitutione raptorum. Utrum sufficiat eis ad Absolutionem, & veniam impetrandam, tantummodo reddere, quantum rapuerint?

VENERABILI COMPRESBYTERO ***

DE bona fidei restitutione raptorum dubium proponis utrum satisfactio restituendo aequali rerum, quas rapuerint? Amplius restituendum tibi videtur, non ratione quidem damni dati, quod aequali restitutione reparatur, & compensatur, sed ratione violentiae, contumeliae, & iniuriae singularis, quae rapinae adjuncta est: & ratione Evangelicæ Legis, ad quam Dei misericordia vocati sumus, quae hac in parte plus a suis Professoribus exigit, quam Lex Moyses, quae Iudeos ad quadrupli restitutionem obligabat. Augetorem laudat S. Joannem Chrysostomum Homilia 111. in Matthaeum, cuius haec sunt verba: Nolite mihi dicere, si abstuli ab eo, huic tantum contuli. Hoc certe pessimum est. Nunc etiam esse possibiles eadem dando mansura, qua rapuerint, velut illud evitavit, quod per avaritiam ab eis illatum est. Nam qui manam rapuit, non erit illi satis ad remedium miseris, si penitentia passus manam misericorditer dederit, sed talentis indiget; propterea furti condempnatus quadruplum reddat. Cum igitur iure multo peior rapina sit, cumque ille quadruplum reddat, decuplum, immo vero multo plus restituere isto debet: atque utinam etiam sic rapinae fides omnino detegamus! Non enim puto hanc illam esse misericordiam, cui magnus meritum cumulari refertur. Quocirca Zachaeus dicebat: Si quid aliquem defraudavi quadruplum, & mediam mearam rerum partem inopibus offeram. Quod si quadruplum tempore Legis reddidit, quantum magis sub Gratia ad te sit tutum tantum restituere oportet, quantum rapaverit? Nam praeter damnatum consumeliosa res est rapacitas. Quare si contumeliam etiam dabis, vix totum reddidisti. Non tenere igitur diximus talentum esse offerendum, si manam rapuerit.

S. Th. 2. q. 92. art. 3.

Ecc. 24.

Duo in rapina spectari posse probe nosti, rei scilicet alienationem, & contumeliosum auferendi modum, quatenus alteri res sua per aeternam violentiam auferatur. Quod spectat rei alienationem, satis est ad restitutionem, ut reparare aequalitas, tantum restituendo, quantum ablatum est: quod vero contumeliam spectat, haec poena graviore expandi debet, cuius iustitiae pertinet ad Judicem. Hujus ante sententiam raptor plus restituere non tenetur, quam accepit. Sed etiam nomine restitutionis propriae, & strictae sumptus plus restituere non teneatur, quam acceperunt rerum alienarum raptorum, nomine tamen satisfactionis plus solvere tenentur, & pauperibus erogare, ad Deum placandum, & promerendum, & ad crimen expandendum. Quia & illam ablatione violenta contumeliam compensare tenentur, collata iis, qui passi sunt, ampliori pecunia ad arbitrium prudentis conscientiae moderatores, nisi pro illata contumelia aliter satisfaciatur, aut iniuria, ab eo, cuius interest, condonetur. Nec ex S. Joannis Chrysostomi Oratoria exaggeratione aliud colligendum est. Unde praecise, ac stricte magis loquens subdit: Si hunc ordinem pervertieris, & integras alienarum rapueris, pauca vero ex multis, & ea non illis, quibus iniuriam intulisti, reddideris: qui tibi satisfactio, qui indulgentia, qua saluti ipsi remaneret? Vis videre quam magnum ex hujusmodi

miseri cordis facinus committas? audi Scripturam: SICUT qui filium coram patre suo interfecit, ita, qui offerit sacrificium ex pecuniis pauperum. Hoc itaque colligere videtur tota S. Joannis Chrysostomi oratio, ut rerum alienarum raptorum criminis veniam non consequi debeat pauci restituendo ex multis, quae rapuerint, & aliquos elemosynas ex rebus direptis, & male patris erogando, sed quorumque rapiunt bona, ex integro restituere teneri illis, quibus rapta sunt, & insuper uberes elemosynas ex propriis bonis largiri. Vale, meique in sacrosancto Sacrificio memineris.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA CIX.

Nullum est sine duplicitate cordis Mandatum.

PIO SACERDOTI ***

Quaestio, quam de mendacio proponis, ne umbram quidem difficultatis habet. Nullum esse sine duplicitate cordis mendacium, certo tenes. Unde qui falsum pro vero, incertum pro certo enuntiat, & affirmat, quod tamen verum, & certum esse putat, rei non sunt mendacii: neque etiam illi, qui promissa non implent, si vere animum habuerint illa implendi, cum promiserint, quippe qui dupliciter cordis non habuerint: quomvis aliunde rei sint violatae fidei, si absque iusta causa propositum mutaverunt. Doctrina est Sancti Augustini Enarratione in Psal. v.

Illud vero (inquit) quod non habet duplex cor, non est mendacium quidem dicendum, sed. Tanquam v. gr. si cui gladius commendatur, & promittit se reddidurum; cum ille, qui commendaverit, rapuerit, & compensatur, repetat furem, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel occidat se, vel alios, donec ei sanctus restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittit se reddidurum potest, non cogitabat furem posse repetere.

Id confirmat S. Bernardus Ep. 88. Nec tam simplex sunt (inquit) ut simplicem oris prolationem sine cordis duplicitate mendacium putem.

Et Serm. xvii. in Cantica: Aliud est (inquit) dubitare de veritate, quod patiens necesse est, cum Spiritus minime spirat: & aliud sapere falsitatem, quod facile cavet, si eandem tuam ignorantiam non ignorat, quatenus dicitur & tu. Et si quid ignorantia mea mecum est. Sancti Job 10. 19. ignorantia est. Agnosce, pessima maris, ignorantia, pessima eadem filia tuae sunt, falsitas, & dubitatio. Illa miserior, ista miserabilior: perniciosior illa, ista molestior. Cum loquitur Spiritus, edit utraque, & est non solum veritas, sed & certa veritas. Est quippe veritas ille Spiritus, cui contraria falsitas est. Est & Sapientia, quae cum sit eandem vita aeterna, & ubique attingat propter munditiam suam, obscurum ambigui non admittit. Cavenda sane, cum Spiritus iste non loquitur, est non molestia dubitatio, certe falsitas execranda. Aliud est enim sub incerto, hoc vel illud opinando sentire: aliud temere affirmare, quod nescias. Aut ergo loquatur semper Spiritus, quod nostri quidem minime arbitrii est: aut quando silere placet, hoc ipsum indicet, & loquatur saltem suum silentium: ne ipsum nobis falso praere putantes, nostram pro ipso male securi sequamur errorem. Et si suspenderit ambiguo, non relinquat mendacium. Est qui dubio profer mendacium, nec mentitur: & est, qui veritatem, quam nescit, affirmat, & mentitur. Nam & ille quidem, quod non est esse, sed se quod credit credere dicit, & verum dicit, etiam hoc vitium non sit, quod credit, & in cum se certum, unde non est certus, dicit, verum non dicit, etiam si verum sit, de quo asserit.

Ad denique confirmat S. Th. 2. v. q. ex. art. 111. ad 5. Ille (inquit) qui aliquid promittit, si habeat animum faciendi, quod promittit, non mentitur, quia non loquitur contra id, quod gerit in mente. Si vero non faciat, quod promittit, tunc videtur infideliter agere per hoc, quod animum mutat. Potest tamen excusari ex duobus, uno modo, si promittit id, quod manifeste est illicitum: qui promittendo peccat, mutando autem propositum bene facit: alio modo, si sine mutata conditione personarum, & negotiorum. Abunde praestitit, quod rogabas. Vale, meque Deo in Sancto Altaris Sacrificio commenda.

Lutetia Parisiorum.

Alias CIII. quae autem 109. erat, nunc 71.